



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Regis Cangoximanorvm Ad Lvsitanorvm Indiae Praetorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11473

SELECTARVM EPISTOLARVM
 corporisq[ue] totius dignitatem ac speciem multo admirabiliorē
 efficerent. tanta enim in eo castitas ac sanctimonia cernitur, vt o.
 Et auo quoque die post confessionem ritē peractam cælestē Eucha-
 ristiae conuiuium non sine lacrymis ineat: tāta verō animi submis-
 sio & humilitas, (cūm illustri admodum loco sit natus) vii ad Bu-
 gensem inuisendam Ecclesiam a Gaspare missus ex vrbe Sacai-
 bona cūm parentum venia, quos puer precibus expugnauerat, si-
 simularque peruenit, vt scilicet vnu[s] ē Christianorum grege vici
 retur, non modō comam sibi totonderit, quod in Iapone valde
 insitatum est, verū etiā omni delicatiore cultu ornatuque ad-
 dicato, de contemnēndis rebus humanis publicè disputare inten-
 tuerit. Idem in patriam à parentibus reuocatus, Vocoxiuram
 inde Sacaium renaigaret, à Cosmo perductus est. quem aiunt
 itinere in vrbe Firando apud vxorem Antonii viri principis, cui
 que ancillas, cūm se per id tempus ad sacram confessionem pan-
 rent, de Pœnitentia sanè opportunè verba fecisse: quam ille Chi-
 stianæ philosophiæ partem, iam antea sāpius a se tractaram, calle
 egregiè. Huiusmodi pueri sunt, (fratres mihi carissimi) quotum e
 pera faces amoris diuini Deo aspirante Iaponiorum cordibus in-
 iectum iri speramus: atque ob idipsum apud nos delectam eorum
 manum Societatis nostræ præceptis atque institutis imbuimus.
 Interea Socios omnes nostros per Iesum Christum obtestor, al-
 eo precibus impetrant, vt mihi det in ipsius obsequio ac famili-
 a vitam ponere. ex Iapone, octauo Calend. Nouemb. MDLXII.

REGIS CANGOXIMANORVM AD LUSI-
 TANORVM INDIAE PRÆTOREM.

ANNO superiore cūm duo ex Societate Iesu meum in hoc
 regnum concionandi causa venissent; bellicis occupatio-
 nibus impeditus, quem & ego cupiebam & ipsi mereba-
 tur honorem, illis habere non potui. Eadem fuit causa, q[uod]
 Lusitani ad Omangum portum paui delati, non modō perinde
 ac voluntas mea & ipsorum dignitas postulabat, accepti non fini-
 sed etiam pro piratis habiti, (quibus ora maritima per id tempus
 erat infesta) commisso prælio Alphonsum Vasæum, non sine metu
 quidem dolore, ē suorum numero amiserint. Tu si ad me litteras
 dederis, magno me decore auctum atque ornatum extimabo, at-
 que ipse vicissim ad te scribam quotannis. Lusitani verō, vel faci-
 dotes tui, si ad me cum tuis litteris venerint, eo erunt apud meo
 co, qui rebus tuis iure debetur. Xaxuma anno quarto.

EIV